



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Vita S. Evstachii, Abbatis Lvxouiensis, ex ea quæ est per Ionam Abbatem, eius contemporaneum. Claruit Anno Christi saluatoris 615. & sequentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

infferunt eum in medios spinarum aculeos conij-  
ci, & carnes eius arundinibus quibusdam dilani-  
ariis deinde eadem cochlea, qua frater eius Ionas  
de morte triumphum obtinuerat, omnia ossa cõ-  
fringi, ac bulliente pice fauces eius impleri. Tu-  
lit cuncta inuicto animo martyr, atque in Chri-  
sti confessione constanter persistens, beatum Deo  
spiritum tradidit.

Item s. Ba-  
rachisius.

Cum autem vir quidam pietate insignis, nomi-  
ne Abdissotas, sanctos martyrio coronatos intel-  
lexisset, non dubitavit amore diuini numinis  
inflammatus, tyranni satellites accedere, & in-  
genti pecuniarum summa, sacrosancta marty-  
rum corpora redimere. Quingentis namque mi-  
liarijs Daricis, (sic enim scribit auctor) & tri-  
bus vestimentis Sericis, sanctorum reliquias mer-  
catus est, neque vllis insuper, quo Christi ecclesia  
tanto reliquiarum thesauro securè frui posset,  
sumptibus pepercit.

Abdissotas  
emit corpo-  
ra sanctorũ,  
admodum  
carè.

VITA S. EVSTACHII, \*ABBATIS LV-  
xouensis, ex ea qua est per Ionam Abbatem, eius  
contemporaneum. Claruit Anno Christi sal-  
uatoris 615. & sequen-  
tibus.

\*alias Eusta-  
sijs,

Vide Cæsar.  
Bar in not.  
Mart. Rom.  
& Tom. 8.  
Annal. Ecc.

**S**ub Mauritio & Phoca Imperatoribus, quo  
tempore Romanæ Ecclesiæ Pontifex Grego-  
rius, pietatis & eruditionis studio summè  
florebat, Attila & Eustachius almi patris Colum-  
bani discipuli extiterè. Quorum prior in Bobi-  
ensì, alter in Luxouiensì cœnobio, eius successo-  
res fuere. & instituta suis alünis seruãda tradide-  
runt. Et quidè Eustachius Burgundiorũ gẽte ortus,  
cũ esset & generis & sanctitatis gloria admodum  
clarus, facile suarũ splendore virtutũ, plurimos

29. Martij.

Attila &  
Eustachius  
discipuli, &  
successores  
Columbani  
Abbatis.  
Genus S.  
Eustachij.

Zzz 2

ad

600. Monachis præst.

ad religionis studium alliciebat; adeò ut sexcentis fere alūnis, & eximijis pietatis cultorib' præesset. Incredibili quadã austeritate carnis cupiditates frangebatur, mentē verò assidua rerū diuinarū cōtēplatione, in Dei amorē accēdebat. Neq; interim sollicitudinē, quā p̄ ōnibus ecclesijs gerebat, vnquā deponebat: sed aliorū salutē, haud secus quam propriā curabat. Porro aliorū delicta, quę

Nota, quòd vir sanctus pro suis filiis confessionis ut vocant, assidue orabat.

sub cōfessionis sacramento exceperat, cōtinuis apud Deū precibus, & multis lachrymis delere nitēbatur, præclaro charitatis exemplo sacerdotes exhortans, non satis esse aurū lapsis accōmodare, nisi etiā sese intercessores apud Deum, pro ijsdem delictis piandis exhiberent.

Quodā tempore missus à Rege Frācorū Clotario legatus ad Colūbanū, cum peracta fœliciter legatione, domū rediisset, pauloque post pro cōmuni fratrum necessitate Clotariū Regē adire cogeretur, iter habuit per pagū Briegium ad villam Chagnerici Pipimificū dictā, duobus plus minus

Burgundofora virgo Deo sacrata.

miliaribus ab vrbe Miledorēsi distāte. Ibi tūm Chagnericus cū cōiuge sua Lādegūda, (cui' filius Magnoad' Eustachio adhærebat) virū sãctū ingēti cū gaudio exceperūt. Erat autē cū patre & matre filia Burgūdofo, quā Columbanus Domino cōsecrauerat, & tūc pater eā vel inuitā cuidam desponsauerat, & nuptijs tradere studebat. Sed accidit vt puella incredibili oculorum dolore correpta, tanto febrium igne æstualet, vt iam extremum spiritū trahere videretur. Accessit igitur ad illam Eustachius, blandisq; eam verbis consolans, sciscitatur quo animo cœlestia vota terrenis commutare voluisset; at puella cum nunquam se huiusmodi votis parere voluisse respōdisset, subiūxit; vidi ego hac ipsa nocte simili planē figurā viri

virū qua tu es, qui oculorū lumen mihi redderet, si eius parere mandatis nō recusarem. His auditis Eustachius patrem durioribus increpans verbis, dixit eum tantam in calamitatem filiam adduxisse, quod eā à diuinis obsequijs. & à suauissima Christi seruitute. contra datam fidem viro tradere præsumeret. Quo dicto, pater per iniquam simulationem respondit, si posset filix sanitatis beneficium obtinere, se eius votis deinceps reluctari non velle. Humi igitur prostratus Eustachius, precatur à Domino promissum salutis beneficium largiatur, surgensque eam signo crucis signat, fugatoque statim oculorum dolore, & febrium ardore extincto, integram puella sanitatem consequitur. Mirantur vniversi in speratæ salutis beneficium. Pater autem amore filix inflammatus, non modo promissa non præstitit, sed per vim etiam matrimonij vinculis constringere eam voluit. Sed puella fugam iniens, à prophanis se manibus eripuit, & Eustachij adiuta patrocinio, Christo se consecrauit.

Signo crucis & oratione, pellit dolorem oculorum, & febrem.

S. Eustachius annunciat gentibus Christum.

Peracta legatione, vir sanctus ad Euangelium VVarascis prædicandum accessit. Quibus ad fidē conuersis, & à pestilenti Photini & Bononi errore (quibus scelerate contaminati erant) liberatis, ad Boios, (qui nunc Baiuarij dicuntur) tendit, ijsque multo labore Christiana pietate imbutis, Luxouiu remeare studet. Cum verò iter carperet venit ad virum quendam Gundoinum, qui iussus liberos, si quos haberet, offerre, duos bonæ indolis filios præsentat, & filiā \* Salebergam, luminibus misere orbatam. Eustachius visa filia sciscitatus est ex ea, vtrū ad cultū diuini timoris aspiraret. Tū illa affatū, vt tenera quæritas, respōdit, se paratā esse sacris obtēperare præconijs. Suscepit

\* Adesbergō

Zzz 3

ergo

Cæcæam illu-  
minat.

Febrem pel-  
lit.

ergo vir sanctus laborē, biduano corpus ieiunio affecit, mentem fide armauit, super oculos benedictionis oleum effudit, eamque tandem à miseranda cæcitate liberauit. Inde digressus, in fratrem quendam Agilum nomine, (qui modò Respacensis cœnobij Præsul existit) ardentissimo febrium calore excoctū incidit; quem protinus sacra manus contactu, ac orationum suarum interuentu, integræ sospitati restituit. Hinc ad monasterium perueniēs, vt quibusdam in locis collapsa pietatis fundamēta restauraret, enixè operam dedit. Erat enim hoc viro sancto assiduo studio propositum, non modò quomodo suos in officio contineret, sed vt omnibus maximarum artium disciplinis, ad populi totius salutem constituendā excoleret. Hinc plurimos diuina quadam eloquentia præstantes, ex ipsius disciplina prodierūt, qui multis in locis cum summa eruditionis & singulari sanctitatis opinione, ecclesijs præfuere. Chagnoaldus Lugduni, Acharius Viromandorum & Nouiomensis ac Tornacensis Episcopus, Rachnarius Augustoduni & Basileæ, Audemarus Bononiæ Taraonensis oppidi.

His studijs Eustachius omnibus gratus factus, præcipuum apud Clotarium Franciæ regem & amoris & honoris locum tenebat; cùm subito Agrestius, vnus è fratribus, (qui quondam Theodorico Regi à libellis fuerat, & rerum mundanarū pertæsus se in disciplinam Eustachij receperat) diris inuidiæ stimulis exagitatus, virum sanctum insigni mentiendi artificio, varijs (que calumnijs in crimen vocare conatur. Is enim tumida quædam ingenij confidentia subnixus, audaciter sibi gentiū prædicationem postulabat; quam Eustachius (quod hominem, neq; literis, neq; ita magnis præ-

tatis

tatis operibus, satis exercitatum, nouerat) ei denegabat, asserens, maioribus eū ecclesiasticis ornamentis ante ornatum esse debere, quam tantū tamq; arduum opus aggredieretur. His rationibus cum nihil proficeret, quem tenere nō valebar abire fuit. Abijt igitur & non modo à religione, sed etiam, non multo post, à Romanæ Sedis communionē defecit, atq; schismaticis sese iunxit, totisq; deindē viribus, sacra monastica religionis instituta oppugnare coepit. Nec his contentus, Amatū & Romaricum Eustachij discipulos, (qui virginū Christo sub Columbani regula famulantium regimini præfecti erant) aggreditur, & per fictam humilitatis speciem, secum in errorem & in defectiōnis studium trahit; eoq; sceleratus rem perduxit, vt omnes, sanctissimis primorum Patrum institutis contemptis, carnis libertatem appetent. Sed statim diuina bonitas, quæ mali contagium, ad sana membra serpere non est passa, horrendum de improbis quibusdam, ad aliorum correctionem, supplicium sumpsit. Ecce enim lupi rabie exagitati, impetu in monasterium in tempesta nocte facto, duos scelere ante alios insignes dilaniant, & rabie eadem correptos, cum morteluctantes deserunt. Alius autem quidā Plareius, dæmoniaco furore agitatus, qui ad hunc discordiæ fomitem vehementer aspirabat, crudeles sibi manus per laqueū intulit. Sed cum neq; hæc quidem vltio, mentes in scelere obduratas, ad veritatis agnitionem reducere posset, fulgur è cælo magno fragore delapsum, ecclesiæ tegumēta subuertit; & viginti homines internecione deleuit, aliosq; metu percussos paulatim extinxit, adeo vt amplius quinquaginta, ea vltio deleuerit, ipso tamen sceleris auctore ad poenitentiam reserua-

Agrestius  
Schismatico  
nititur S.  
Eustachij  
discipulos, à  
fide & vnita  
te Ecclesiæ  
auertere.

En vltionē  
diuinam in  
Schismaticos.

\* Plereus.

to. Sed cum ille, neque poenitentiae locum agnoscere, neque B. Eustachij sententiam, qua illi diuinum iudicium, ante triginta dierum circulum, imminere denunciabat, ad aures admittere vellet, a seruo suo, quem ipse redemerat, securi percussus interijt. Occasio criminis, dicebatur uxoris permixtio. Amatus vero & Romarius his diuini iudicij signis opportunè admoniti, Eustachij indulgentiam postularunt, qua benignè concessa, bonorum deinceps virorum officio cum laude perfuncti sunt.

Romarius, & Amatus, a Schismate resipiscunt.

Eustachius autem, postquam multò ardentius in plurimorum salute constituenda laborasset, & nouis fabricis diuinas laudes promouisset, se totum ab externis operibus ad continuam rerum caelestium meditationem contulit, donec tempus adesset, quo caelesti gloria sublimandus erat.

Viso oblata sancto viro,

sturna visione inter poenae incendia, interrogatus est, Si velit quadraginta dierum spatio, leuiori poena eruciatus, an verò triginta feruentiori, incendio purgatus, caelos penetrare. Respondit ille, melius esse, quamuis duris breui tempore subiacere flagellis, quam poenis leuioribus prolixius consumi. Tulit ergo prouisam, & electam corporis poenam, & die tricesimo omnibus validens, triste remanentibus nuncium depromit,

Praedicit orbis bitum suum.

saum exitum ea die esse futurum. Deinde sumpto viatico, animam caelo reddidit; partaque de cunctis hostibus victoria, caelorum regna, duce Christo, penetrauit.

Decedit de vita, vir sanctus, Eustachius, Eucharistia munus.